1064 ac pro non completione commissorum quoties se Generosa Eli:
zabeth Skorzeczina cum successoribus suis et Joanni Lan:
czinski vel eius posteris cessare permiserit tenebitur
recedendo a terrestris districtibus jure ac foro suis
quibusvis propriis coram officio Capitaneali Castrensi
commissorum cui se actus Capitaneales respectu eius successoribus
ac bonis suis omnibus summisque partibus subiicit com:
parere in primo actionis termino tanquam peremptorio
stare parere iudicio ac pro conclusis omnibus terminis
satisfacere cum suis posteris tenebitur quibusque
omnibus terminis succumbitis ac persolutis atque Capitanei
inscriptionis ... singulis contentis ipsius tam in
toto quam in parte ... satisfacere eius successoribus
debebit eundem primum et peremptorium terminum
ac alios subsequentes eiusque causae terminos vera
infirmitate pro maiori minorennitate successorum
ad munimen servicio militari et Reipub. legatione
intra et extra regnum mariti vel successorum suorum
non differendo. Ad quietationem ultra spacium
proximorum terminorum ad quos citabitur non re:
cipiendo nullasque motiones appellationes ac earum
prosequutiones faciendo commissaque omnia concernendo
terrestris fatalibus juris evasionibus poenis simpli:
cibus et triplicatis statutis Regni et decretis
similibus in contrarium emanatis et emanandis ac qui:
busvis in genere legalibus impedimentis dilla:
tionibusque et exceptionibus ac juris et facti re:
mediis non evadendo nec subterfugiendo quibus

Caibus cum suis posteris se de perpetuo abrenunciat
Capitaneali sua recognitione mediante.

Lanczinski recedit ab inscri

ptione ipsi per Trzebinski facta 1065

Comparens personaliter coram officio et actis Capitanealibus
castrensis commissorum Generosus Joannes Lanczinski Notta:
rius Castrensis Cracoviensis a jure foroque suo proprio
recedendo Capitaneali vero juris dicioni Castrensis commissorum quo
ad actum Capitaneum attinet incorporando seque cum successoribus
ac bonis suis subiiciendo sanus mente et corpore existens
publice coram ac per expressum recognovit. Quia ab in:
scriptione Castrensis commissorum sibi per Generosum Nico:
laum Trzebinski facta, qua mediante idem Nicolaus
Trzebinski inscripsit se recognitionem certis manibus ipsius
Trzebinski et Generosorum Mathei Dunkowski de eadem
Trzebinski et ... Martini Ligeza de Ryglice dapiferi terrae Sanocensis ac
Martini Skoruta de Mlodatice subscriptis et sigillis
communitis tenere eiusque satisfacere sub vadio sedecim
millium ducentorum Quinquaginta florenorum pecuniae monetae
et numeri polonicalis prout ipsa inscriptio in actis Capitanealibus
contenta latius de commissis testatur jam ex nunc re:
cedit eamque cum omnibus illius conditionibus
cassat et mortificat aeviternis temporibus ipsamque
recognitionem eidem Generoso Nicolao Trzebinski
in facie officii Capitanealis ad manus proprias reddidit
restituit et restituit. Quod memoriali fir:
matum est.